

Liber II

Omelia XV

59

**Incipit Omelia. XV. que ex
ponit litteram in capitulo. XL.
ab illa parte. Et venit ad portā
que respiciebat ad viam orien-
talem: vsq; ad illam partē in eo-
dem capi. Et mensus est vesti-
bulū porte octo cubitoꝝ.**

A Ir cuius calamus mensure in manu eius describit: venit ad portā que respiciebat ad viam orientālē. Quis vero ali' porte huius appellatiōe signat: nisi ipse dñs ac redemptor noster: qui nobis ianua factus est regni celestis? Sicut ipse ait: **Me mo venit ad patrē: nisi per me. Sed cum eundē virū lineis indutū figurā domini tenere dixerim? querendū nobis est qua ratiōe conueniat: vt idē dñs ⁊ per virum designari valeat ⁊ per portā: dum vir veniat ad portā? Nunquid nā ipse venit ad semetipm? An ita est: quia ⁊ in euāgelio ipse testat dicens: Qui nō intrat per ostiū in ouile ouīū: sed ascendit aliūde: ille fur est ⁊ latro? Job. 10. Qui autē intrat per ostiū pastor est ouīū. Et paulo post dicit: Ego sum ostiū. Atq; iterū subiūgit. Ego sum pastor bonus. Si ergo pastor intrat per ostiū: ipse est ostiū: ipse pastor: ipse pculdubio intrat per semetipm. Ecce vñ ezechielis sensum enodare cupimus: de euāgelio etiā questionē ligamus. Querendū nobis itaq; est qualiter ⁊ ipse intret ⁊ per semetipm intret. Dñs em̄ ac redemptor noster cū sancta ecclesia quā redemit s̄m carnē vna substātia est: paulo attestāte qui ait: Adimplebo ea que desunt passionū xp̄i in carne mea: p corpore eius qd est ecclesia. Colos. 1. Ephef. 1. Hui' capiti corpus ecclesia est: ⁊ hui' corporis caput xp̄s. De quo suo capite exultat corpus: id est sancta ecclesia: cū per psalmistā dicit: **Hunc autē exaltauit caput meū super inimicos meos. ps. 26. Quia em̄ quādoq; ipsa etiā exaltanda est: iam nūc caput suū sup inimicos suos exaltatū gau-****

det in cellis. Cum ergo electi quosq; ad vitam perueniūt: quia mēbra eius per eū intrāt ad eum: ipse per se intrat ad se. Ipse em̄ in suis mēbris est qui intrat: ipse caput ad quod intrantia mēbra perueniūt. Quod ezechiel ppheta multipliciter insinuat: qui virū venisse dicit portā: ⁊ que eadē porta sit ostendit dicens:

Que respiciebat ad viā orientalem.]

Ipse etiā nobis est via: qui dixit: **Ego sum via veritas ⁊ vita. Job. 18. Ipse etiā am orientalis via de quo scriptū est. Ecce vir oriens nomen eius. Zacha. 6. Porta ergo viā orientālē respicit: quia illū signat qui nobis iter ad oriū fecit luminis. Potest etiā porte nomie vnusquisq; predicator intelligi: quia q̄squis nobis iannā regni celestis ore suo aperit porta est. Unde ⁊ duodecim porte vel in iohānis apocalipsi: vel in extrema huius prophete visione describunt. Apocal. 21. Potest etiā am porte nomie scripture sacre sciētia nō incōuenienter intelligi. Que dñz nobis intellectū aperit: celestis regni ianuā pandit. Possumus porte noie ⁊ fidē accipere: quā primā contingimus: vt ad virtutum edificia intremus. Unde hic aperte subiungitur.**

Et ascendit per gradus eius.

Quid em̄ gradus sunt hui' porte: nisi merita virtutū? Sine enī in cognitionē mediatoris dei et hominū hoīs iesu xp̄i: seu in sciētia diuini eloquij seu in ipa fide quā de illo accipimus: quibusdā gradib' ad altiora incrementa peruenim'. Nemo em̄ repente fit summ': sed in bona cōuersatiōe a minis quisq; inchoat: vt ad magna perueniat. De his gradibus per psalmistā dicit: **Deus in gradibus eius dno scit dum suscipiet eā. ps. 47. Dum em̄ sanctā ecclesiā domin' suscipit: in gradib' eius dno scit: quia eius gloria per illius incrementa declarat. Quantū enim sancta ecclesia ascēdendo profecerit: tantū deus hominibus ex eius virtutibus in-**

ik 3